Successorumque quorumvis beneplacitos Usufructus libere et effectualiter con-
vertendi praesentium originalis quoad summam memoratam Octo Millium
florenorum polonicalium praedictae cessionis sese refferens ea omnia latius in se complectentis
praesentibusque cessionis et transfusionis vigore salva in tribunali eadem Inscriptione
originali quoad residuitatem summae restantis spectat sibi Recognoscenti
pleno in robore reservata.

Ossolinski alterum Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premislien-
sibus Generosus Constantinus de Theczyn Ossolinski olim Magnifici Hie-
ronimi de eadem Theczyn Ossolinski Capitanei Zydaczoviensis filius
Sanus mente et corpore existens a Terrestribus dictisque Iuribus Iurisdictionibusque
suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Iurisdictioni Castrensi Capitaneali
Premisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bo-
nisque suis quibuslibet omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo
palam libere publiceque ac per expressum recognovit Quia ipse Magnificum
Nicolaum de Theczyn Ossolinski Capitaneum Kerssoniensem et ipsius posteros
de summa Decem Millium florenorum polonicalium per praefatum Magnificum Capitaneum
Kerssoniensem olim Generoso Nicolao Ossolinski praefati olim Magnifici Hieroni-
mi Ossolinski Capitanei Zydaczoviensis filio suo Recognoscentis fratri ger-
mano et ipsius posteris coram Actis officij praesentis inscriptae et super bonis
suis proprijs et haereditarijs videlicet tota et integra villa Trohowa
in Terra et Districtu praesenti Premisliensi consistentibus cum Curia et Praedio
eiusdem sub modo obligatorio ad solvendum assecuratae in se ipso Reco-

gnoscentem post fata praefati olim Gnosi Nicolai Osslinski fratris sui germani iure naturalis successionis devolutam Nec non de eadem supra inscriptione obligatoria Castren. Premysliensi ... se de summis praescriptis ... Quietat emittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat ac de bonis praefatis obligatis condescendit Recognoscens sibi pro summis praescriptis omnibus realem praescriptam esse satisfactionem.

Inter Eosdem Mutua Quietatio.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premysliensibus Magnificus Nicolaus de Tęczyn Osslinski Capitaneus Neosonecensis ab una et Gnosus Constantinus Osslinski ab altera partibus Sanis mentibus et corporibus existentes a Terris Dictibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis generaliter propriis et competentibus recedendo Praesenti Castren. Capitan. Premysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet Illorum seorsum suo pro interesse recognovit Quia ipsi sese mutuo et invicem de Intercisa certa inter praedictum Magnificum Capitaneum Neosoniensem ab una et Gnosum olim Nicolaum de eadem Tęczyn Osslinski memorati Gnosi Constantini Osslinski Recognoscentis fratrem germanum sterilitur de hac luce decessum ab altera partibus ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Premysliae feria quarta post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno proxime praeterito Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto cum interpositione vadii Decem Millium florenorum

polon